

www.e-rara.ch

M.T. Ciceronis Libri Tres De Officiis

Cicero, Marcus Tullius

Lvgdvni, 1541

Zentralbibliothek Solothurn

Shelf Mark: ZBS Rar 1963

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89746>

[De somnio Scipionis, ex libro de Rep. sexto.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

M. T. V. L. C. I.

CERONIS DE SOMNIO

Scipionis, ex libro de Rep. sexto.



V' M in Africam uenisssem, Anitio Manilio consule, ad quartam legionem tribunus (ut scitis) militum, nihil mihi potius fuit, quàm ut Ma-
sinissam conuenirem, regem fami-
lia nostræ iustis de causis amicissi-
mum. Ad quem ut ueni, complexus
me senex collacrymauit, aliquantoq; pòst suspexit in
cœlũ, & Grates, inquit, tibi ago summe Sol, uobisq; re-
liqui cœlites, quòd antè quàm ex hac uita migro, conspi-
cio in meo regno, & his testis P. Cornelium Scipionem,
cuius ego nomine ipso recreor: ita nunquàm ex animo
meo discedit illius optimi, atq; inuictissimi uiri memoria.
Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra Repu-
percontatus est: multisq; uerbis ultro, citroq; habitis, ille
nobis cõsumptus est dies. Pòst autẽ regio apparatu acce-
pti, sermonẽ in multam noctem produximus, cùm senex
nihil nisi de Africano loqueretur, omniãq; eius nò solum
facta, sed et iã dicta memunisset. Deinde ut cubitum disces-
simus, me & fessũ de uia, & qui ad multã noctẽ uigilaf-
sem, arctior, q̃ solebat, somnus complexus est. Hic mihi,
credo eqdẽ ex hoc, qd' eram locuti (sit enim ferè ut co-
gitationes, sermonesq; nostri pariãt aliqd in somno tale,
quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sepi-
me ui

me uigilās solebat cogitare & loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua mihi ex imagine eius, quā ex ipso erat notior. Quē ut agnoui, equidem cohorrui. Sed ille, Ades, inquit, animo, & omitte timorem Scipio, & quae dicam, trade memoriae. Vides ne illam urbem, quae parere Pop. Rom. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere? (ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum illustri, & claro quodam loco) ad quam tu oppugnandam nunc uenis penē miles: hanc hoc biennio cos. euerter, eritq; cognomen id tibi per te paratum, quod habes ex nobis adhuc hereditariū. Cum autem Carthaginē deleueris, triumphum egeris, CENS. q; fueris, & obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, delegere iterum absens cos. bellumq; maximum cōficies, Numantiamq; excindes. Sed cum eris curru capitolium inuectus, offendes Rempu. perturbatam consilij nepotis mei. Hic tu Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi, ingenij, consilijq; tui. Sed eius temporis ancipitem uideo quasi fatorum uiam. Nam cum etas tua septenos octies solis anfractus, reditusque conuerterit, duoq; hi numeri (quorum uterq; plenus, alter altera de causa habetur) circuitu naturali summā tibi fatalem confecerint, in te unum, atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas. Te senatus, te omnes boni, te socij, te Latini intuebuntur. Tu eris unus, in quo nitatur ciuitatis salus. Ac ne multa, DICT. Remp. constituas, oportet, summas propinquorum manus effugeris. Hic cum exclamasset Laelius, ingemuisse ceteri uehementius, leniter arrides Scipio, Queso, inquit, ne me à somno excites

Hic locus in populi
rabilis uidetur
nisi, ut me irritorū
tra duxit. Hic 70/704

et se dixerit scripto. Tiberius, et

tis, & pax sit rebus: audite cetera. Sed quò sis Africane
 alacrior ad tutandam remp. sic habeto: Omnibus, qui pa-
 triam cōseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in
 cœlo, ac definitū locum, ubi beati æuo sempiterno fruam-
 tur. Nihil est enim illi principi Deo, qui omnē hūc mun-
 dum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm
 concilia, cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates ap-
 pellantur. harum rectores, & cōseruatores hinc profe-
 cti, hūc reuertentur. Hic ego, etsi eram perterritus, non
 tam metu mortis, quàm insidiarum à meis, quæ siui tamen,
 uiueret ne ipse, & pater Paulus, & alij, quos nos extin-
 ctos arbitraremur. Imò uerò, inquit, ij uiuūt, qui ex cor-
 porum uinculis tanquam è carcere euolauerunt. Vestra
 uerò, quæ dicitur uita, mors est. Quin tu aspicias ad te
 uenientē patrem Paulum. Quē ut uidi, equidem uim la-
 crymarum profudi. Ille autem me amplexus, atq; oscu-
 lans flere prohibebat. atq; ego ut primum fletu represso
 loqui posse cœpi, Quæso, inquam, pater sanctissime, atq;
 optime, quoniam hæc est uita (ut Africānum audio dice-
 re) quid moror in terris? quin huc ad uos uenire prope-
 ro? Non est ita, inquit ille. Nisi enim Deus is, cuius hoc
 templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custo-
 dijs liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Homi-
 nes enim sunt hac lege generati, qui tuerētur illum glo-
 bum, quem in hoc templo medium uides, quæ terra di-
 citur. Hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus,
 quæ sydera, & stellas uocatis, quæ globosæ, & rotun-
 dæ diuinis animata mentibus circulos suos, orbeshq; con-
 ficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi, & pijs
 quæ nobis propriis tum saplo syderibusq;

Animu hic
anima posuit
Est aut plato
nis proutum qui
prius. Nam
nam se arid
rs debent

omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec
iniussu eius, a quo ille est uobis datus, ex hominū uita mi-
grandum est, ne munus humanū assignatum a Deo defu-
gisse uideamini. Sed sic, Scipio, ut auus hic tuus, ut ego,
qui te genui, iustitiam cole, et pietatē, quæ cum sit magna
in parentibus, & propinquis, tum in patria maxima est:
quia ea uita, uia est in cœlum, & in hunc cœtum eorum,
qui iam uixerūt, & corpore laxati illum incolunt locum
quem uides (erat autem is splendidissimo candore inter
flammas elucens circulus) quem uos (ut à Graijs accepi-

Lactum rirulum
pistillat Thomae
tum de ros
est tum de ros
nisi tati na. Si
fm untrum ali
quod sydg pr at
trahere masla
romed long
foctig tar sydra
possum

stis) orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi cō-
templanti præclara cætera, & mirabilia uidebatur. Erāt
autem cæ stella, quas nunquam ex hoc loco uidimus: &
cæ magnitudines omnium, quas esse nunquā suspicati
sumus. Ex quibus erat illa minima, quæ ultima cœlo, citi-
mā terris, lucē lucebat aliena. Stellarum autē globi terræ
magnitudinem facile uincebant. Iam uerò ipsa terra ita
mihi parua uisa est, ut me imperij nostri, quo quasi pun-
ctum eius attingimus, pœniteret. Quā cum magis intue-
rer, Quæso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua

tatus mudi à
sumo in imū
diligens mltur
lorum collecta
descriptio
integrum quod
dam uniuersi
tatis corp effingit
tar, quod qui
dam to rax
v. omne dicitur
up a hic dicit
m. a.

mens erit? Num ne aspicias, quæ in templa ueneris? No-
uem tibi orbibus, uel potius globis connexa sunt omnia,
quorum unus est cœlestis extimus, qui reliquos omnes
complectitur. Summus ipse Deus arcens, & continens cœ-
teros: in quo infixi sunt illi, qui uoluntur stellarum cur-
sus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui uersantur re-
tro, contrario motu atq; cœlum. Ex quibus unum globū
possidet illa, quam in terris Saturniā nominant. Deinde
est hominum generi prosper, & salutaris ille fulgor, qui

orbis & globz rayas. Et inter corpa totiq uniuersi sola
terra & uere globz

Ipa terra, ubi ubi maiora corpora maiorem
 sonum sanum. quare octava phara, siquidem
 in capite 260 sonus M. TVL. CICERONIS
 maiorem quam
 cetera corpora ingenijs in uita humana diuina studia coluerunt. Hoc soni
 ita corpora nitu opplete aures obsiderunt: nec est ullus hebetior
 Catadupa. sensus in uobis: sicut in illis, ubi Nilus ad illa, quae catadu-
 pra nominantur, precipitat ex altissimis montibus, ea gens,
 quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus,
 eadem ratio sensu audiendi caret. Hic uero tantus est totius mundi in-
 orbis acutissimus citatissima conuersione sonitus, ut cum aures hominum ca-
 sum minimus percipere non possint: sicut intueri solem nequitis aduersum,
 sit inter sa eiusque radijs acies uestra, sensusque uincitur. Haec ego ad-
 prope. sed in mirans referebam tamen oculos ad terram identidem. Tum
 deat lector Africanus, Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum
 num magni contempleri, ac domum: quae si tibi parua (ut est) ita uia-
 tudini pluri detur, haec coelestia semper spectato, illa humana contem-
 buendum an mnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut
 celsitatem. Magnam quam expetendam gloriam consequi potes? Vides habi-
 tatus sunt huiusmodi. A tari in terra raris, & angustis in locis, & in ipsis qua-
 de sonis non si maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas.
 tollit nesci. A Hosque qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse,
 rap. sed et re ut nihil inter ipsos ab alijs manare possit: sed
 frigoris longis. ut nihil inter ipsos ab alijs manare possit: sed
 vide Boet. lib. partim obliquos, partim uerlos, partim etiam aduersosque
 1. M. 19. 2. partem stare uobis, a quibus expectare gloria certe nullam pote-
 lib. 2. cap. 13 stare. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redi-
 Glar. mitam, & circumdatam cingulis, e quibus quos maxime
 De duob. a inter se diuersos, & coeli uerticibus ipsis ex utraque parte
 tactis Nilis. subnixos obriguisse prius uides: medium autem illum,
 vide tra lib. & maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles,
 1. ab initio quorum australis ille in quo qui insistant, aduersa uobis
 duos facientes. urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. Hic autem alter
 maior est huiusmodi. subiectus Aquiloni, quem incolitis, cerne quam uos tenui
 minorem huiusmodi. sum uis. primus prope Rhinfeld.
 prope Syenen. illud paulo superius
 sicut Rhem. sum uis. primus prope Rhinfeld.
 lauffenborg. 3. prope Rhinfeld.

Non possumus aduersum solem intueri fixis oculis,
 & solem non uidemus. Ita. Non possumus aures
 ferre sonum roris, qui non audimus.

DE SOMNIO SCIPIONIS.

95 Strigat
 parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur à nobis, ^{colitur à nobis}
 angustata uerticibus, lateribus latior. Parua quaedam in- ^{circumfusa}
 sula est: circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod ma- ^{atlanticum}
 gnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tam tanto- ^{magno mari}
 nomane, quam sit paruus, uides. Ex his ipsis cultis, notisq; ^{notisq;}
 terris, num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen, uel ^{notisq;}
 Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, uel il- ^{caucasum}
 lum Gangem transnare? Quis in reliquis orientis, aut ^{gangem}
 obeuntis solis ultimis, aut Aquilonis, Austriue partibus ^{aquilonis}
 tuum nomen audiet? Quibus amputatis, cernis profecto ^{austriue}
 quantis in angustijs uestra gloria se dilatare uelit. Ipsi ^{angustijs}
 autem, qui de uobis loquuntur, quam loquentur diu? Quin ^{loquuntur}
 etiam si cupiat proles illa futurorum hominum deinceps ^{proles}
 laudes uniuscuiusq; nostrum à patribus acceptas poste- ^{laudes}
 ris prodere, tamè propter eluisiones, exustionesq; terra- ^{elusiones}
 rum, quas accidere tempore certo necesse est, non modo ^{exustiones}
 non eternam, sed ne diuturnam quidem gloriam assequi ^{eternam}
 possumus. Quid autem interest ab ijs, qui postea nascen- ^{possumus}
 tur, sermonè fore de te, cū ab his nullus fuerit, qui antè na- ^{sermonè}
 ti sunt, qui nec pauciores, & certè meliores fuerūt uiri? ^{pauciores}
 cum praeserim apud eos ipsos, à quibus nomen nostrum ^{praeserim}
 potest audiri, nemo unius anni memoriam consequi pos- ^{potest}
 sit. Homines enim populariter annum tantummodo so- ^{populariter}
 lis, id est, unius astri reditū mensiuntur. re ipsa autem ^{mensiuntur}
 cum ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra redie- ^{ad idem}
 rint, eandemq; totius cœli descriptionem logis interual- ^{descriptionem}
 lis retulerint, tum ille uere uertens annus appellari po- ^{retulerint}
 test: in quo uix dicere audeo, quam multa secula homi- ^{uere uertens}
 num teneantur. Nanque ut olim deificere sol hominibus, ^{deificere}
 B 3 extirp

Zona no sign
 262 f. rat circuli
 ped suppositum
 costis his phare
 circuli pectam.
 Quatuor igitur
 circuli minor
 Out duo tropici
 263 p. ducti in ant
 264 cl. Erit diuidu
 265 2 onas. A firu
 266 267 in collo ita
 268 ut in terra. Vide
 269 270 Giogia. Garp
 271 272 am. cap. 9.

i Moravitarum pu
 i tarum, terro
 n habitabilis tte
 os fu ab ira
 e su hispaniam
 a= a septemtri
 do= one scythiaru
 qui ab ortu Indos
 n= à Meridie &
 n= thropas, reliqua
 na= ignota fuere.
 i= ~~littura~~
 i= Virtutis fructu
 um= sapientis in con
 os= scientia ponit
 so= in gta. vñ scripio
 item= perfectione supi
 die= oris infidelitatis
 ual= poti auctoritate
 i po= sententia non fr
 omi= Annos vertens
 i= & pmo gtaru
 i= non requirit
 i= bus, que neq latissi
 extir= pme uagari pr
 r= dicitur. Summe
 r. lib. 2 cap. 44.

Romulus regnavit

Annis 31. ²⁶² aut hanc

Luia. Hanc aut

Romulum fuit

Anno ab

V. C. 605

L. Martio

Ar. M. Mamilio

Coss. Quod si

triginta

hor no substra

ham. relinquitur

tur anni solari

568. qui no re si uoles

dum explem

utrosima

de 15000 sed

desum anni

182. Ab hanc

supputatione

robis diffinit

5 annis, qd

mul regnum

perdurit duntax

at in 32 ann

Horatius Imper

la viratem in re

Africam in re

durit, ut scripto

non ad illa

caelestia mai

in re pte

cro. lib 2 rap

M. TVL. CICERONIS

extinguiq; uisus est, cū Romuli quimus hęc ipsa in tem

pla penetravit: ita quādocunq; eadem parte sol, eodemq;

tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem

principium, stellisq; reuocatis, expletum annum habeto.

Huius quidem anni nondum uigesimali partem scito esse

conuersam. Quocirca si reditum in hunc locum despera

ueris, in quo omnia sunt magnis, & pręstantibus uiris,

quanti tandē est ista hominum gloria, quę pertinere uix

ad unius anni partē exiguam potest? Igitur altē specta

neq; sermonibus uulgi dederis te, nec in pręmijs huma

nis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris opor

et ipsa uirtus trahat ad uerum decus. Quid de te alij lo

quantur, ipsi uideant: sed loquentur tamen. Sermo autem

omnis ille & angustijs cingitur ijs regionu, quas uides,

nec unquam de illo perennis fuit, & obruitur hominum

interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. Quę cum

dixisset, Ego uero, inquit, o Africane, si quidem bene me

ritis de patria, quasi limes ad cęli aditum patet, quan

quā à pueritia uestigijs ingressus patrijs, & tuis, deco

ri uestro non defui: nunc tamen tanto pręmio proposito

enitar multò uigilantius. Et ille: Tu uerò enitere, & sic

habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. Nec enim

tu is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque, is est

quisq;: non ea figurę quę digito demonstrari potest.

Deu te igitur scito esse: si quidem Deus est; qui uiget, qui

ratur & mouet id corpus, cui prępositus est, quā hunc

mundum princeps ille Deus: & ut mundum ex qua

dius regit mundum ita anima nra corp

dam

DE SOMNIO SCIPIONIS.

dam parte mortale ipse Deus eternus, sic fragile corpus
 animus sempiternus mouet. Nam quod semper mouetur,
 eternum est: quod autem motu affert alicui, quodq; ipsum
 agitur aliunde, quando finem habet motus, uiuendi fi-
 nem habeat necesse est. Solum igitur, quod sese mouet,
 quia nunquam deseritur a se, nunquam ne moueri quidem
 desinit: quin etiam ceteris, quæ mouentur, hic fons, hoc
 principium est motus. Principio autem nulla est origo:
 nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex
 re fieri potest: nec enim id esset principium, quod gigne-
 retur aliunde. Quod si nunquam oritur, nec occidit qui-
 dem unquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab
 alio renascetur, nec ex se aliud creabit: siquidem necesse
 est a principio omnia oriri. Ita fit, ut motus principium
 ex eo sit quod ipsum a se mouetur: id autem nec nasci po-
 test, nec mori: uel concidat omne coelum, omnisq; natura
 consistat necesse est, nec uim ullam nanciscatur, quæ a
 primo impulsu moueatur. Cum pateat igitur eternum id
 esse, quod a seipso moueatur: quis est hic, qui hanc natu-
 ram animis esse tributam neget? Inanimatum est enim
 omne, quod impulsu agitur externo. Quod autem ani-
 ma est, id motu cietur interiore, & suo. Nam hæc est na-
 tura propria animæ, atque uis. Quæ si est una ex omnia-
 bus, quæ sese moueat, neque nata est certe, & eterna est.
 Hanc tu exerce in optimis rebus. Sunt autem hæc optimæ
 curæ de salute patriæ, quibus agitur, & exercitatus ani-
 mus uelocius in hanc sedem, & domum suam peruolabit.
 Idq; oculus faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpo-
 re, emunebit foras: & ea quæ extra erunt, contemplans,
 Quir quid ex se mouet principium motus.
 Anima ex se mouet. Igitur.
 Quir quid principium motus & nata non.
 Anima & principium motus. Igitur.
 Quir quid non & nata immortale est.
 Anima non & nata. Igitur immor-

Maro. lib. sap.
 13 Omnia hic lo-
 rus de pho-
 263

dra platons
 ad um a Gr
 translatus
 in quo validis
 firmis argum-
 am modum
 talitas asserit
 et hinc & argu-
 summa. N. an
 ma mortis le-
 muntur, quon-
 ex se mouet.
 Sed amma hinc
 argu. sed m
 is asserit
 siquidem uult
 concludere
 ne animas bru-
 torum et ppl-
 tuas, propt-
 * quæ rta fri-
 uola & dispu-
 tatio de ani-
 ma immorta-
 litate. quam
 uo dei rta
 hinc.
 Quir quid ex
 se mouet sop
 mouet.
 Anima ex se
 mouet. Igitur.
 Quir quid ex
 se mouet immo-
 tale.
 Anima semper
 mouet.
 Igitur anima immorta-
 lis.

quàm maximè se à corpore abstrahet. Nam eorum ani-
 mi, qui se corporis uoluptatibus dediderunt, earumq; se
 quasi ministros præbuerunt, impulsuq; libidinum uolu-
 ptatibus obedientium, deorum, et hominum iura
 violauerunt, corporibus elapsi circum ter-
 ram ipsam uolutantur, nec in hunc lo-
 cum, nisi multis exagitati se-
 culis reuertuntur. Ille di-
 scesseit: ego somno
 statim solu-
 tus sum.

MARCI TVLLII CICERONIS
 DE SOMNIO SCIPIO-
 NIS FINIS.

Antipodes dicuntur qui distant Diametraq. perire qui
 sub eodem parallelo consistentes eundem tri-
 gidianum. et qui in oppositu sum sub tropico qui
 perire sum rumis qui in ortu sum sub eodem
 tropico rami habitant. Antipodes sum qui ab utroq;
 æquinoctialis latere eodem meridiano medietate
 consistunt. Vulgar aut hanc dæmon saps confundit
 et pauci recte intelligunt

